

ius operâ illa virginitatem Deo venerat, & in sancto proposito perseverabat, ad altare mysterium celebrantem iussit occidi. Qui undecimo Kalendas Octobris manus Apostolicum martyrii gloriâ cumolavit, ac postmodum in Ecclesia ejus nomine dedicata, Gregorio Séptimo Summo Pontifice cõduntur, ibidem magno hõminum concursu ac pietate cõlitur.

R. Beati estis cum maledixerint vobis hõmines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: * Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cõelis. * Cum vos oderint hõmines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & egerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hõminis. Gaudete.

De Expositione Sancti Gregorii Papæ super Ezechielem Prophetam.

Lectio vi.

Homil. 3. lib. 1.

Sancta quatuor animalia, quæ prophetiæ spiritu futûra prævidentur, subtili narratione describuntur, cum dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Quid per faciem, nisi notitia; & quid per pennas, nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur: per pennas verò in altum avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinent, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis õvibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationem verò, quæ super nosmetipsos tollimur, quasi in æra levamur.

R. Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contententes iussa principum, meruerunt præmia æterna: * Modo coronantur, & accipiunt palmam. * Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò. Glória Patri. Modò.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Cap. 9. b.

In illo tempore: Vidit Jesus hõminem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in Matth. cap. 9. **C**eteri Evangelistæ, propter verecundiam, & honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt, Levi: duplici quippe vocabulo fuit. Ipse autem Matthæus (secundum illud quod dicitur à Salomone: Justus accusator est sui in principio sermonis: & in alio loco: Dic tu peccata tua, ut justificeris.) Matthæum se & publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliõra conversus sit, cum ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus.

R. Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: * Calcem Dõmini biberunt, & amici Dei facti sunt. * In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calcem Dõmini.

Lectio viii.

Arguit in hoc loco Porphyrius, & Juliãus Augustus, vel imperitiam historici mentientis, vel sultitiam eorum, qui statim secuti sunt Salvatorem: quasi irrationabili-

li-

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

Sanctorum Mauritii & Sociorum Martyrum.

Antiphona. Istõrum est enim regnum cõelorum, qui contempsit vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. * Latãmmini in Dõmino & exultate justi. * Et gloriãmmini omnes recti corde.

Oratio.

Annue; quæsumus omnipotens Deus; ut Sanctõrum Martyrum tuõrum Mauritii, & Sociõrum ejus, nos lætificet festiva sollemnitas; ut quorum suffragiis nitimur, eõrum natalitis gloriõrum. Per Dõminum nostrum.

Lectio viii.

Cum Maximianus Imperator, ducto in Galliam exercitu, in finibus Sedunõrum sacrificii causâ constitisset, Thebæõrum légio, ne se impiõrum sacrõrum societate contaminaret, à reliquis cõpiis discessit. Quare Imperator misit ad eos milites, qui suo nomine nuntiarent, ut, si salvî esse vellent, in castra ad sacrificia redirent. Qui se Christianâ religione impediti responderunt. Quorum responsus ille indignissime ferens, majori iracundiâ, quam antea, exarsit. Itaque immissâ parte exercitus in Thebæos, decimum quencum eõrum primum occidi iussit: quod martyrum sua sponte, maximeque hortatore Mauritio, ferre maluerunt, quam imperatâ facere nefarii Imperatoris: ac deinde reliquos omnes, constantissime Christum prædicantes, decimo Kalendas Octobris ab univõso exercitu trucidari imperat.

Te Deum laudamus. 12.

DIE

DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Lini Papæ & Martyris.
Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xvij. præter sequentia.

Oratio.

DEus, qui nos beati Lini Martyris tui atque Pontificis annuâ solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia cõlimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dõminum.

Postea S. Theclæ Virginis & Martyris. Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe corõnam, quam tibi Dõminus præparavit in ætërnũ. V. Spécie tua & pulchritudine tua. R. Intende, prospere procede, & regna.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Dõsus: ut qui beata Theclæ Virginis & Martyris tuæ natalitia cõlimus; & annuâ solemnitate lætémur, & tantæ fidei proficiamus exëmplo. Per Dõminum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.
Si hoc Festum venerit in Quadragesima, Lectiones primi Nocturni erunt de Actibus Apostolorum. A Milëto Paulus, de Communi unius Martyris. xix.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Linus Põntifex, Volaterris in Hetruria natus, primus post Petrum gubernavit Ecclesiã. Cujus tanta fides & sancitas fuit, ut non solum dæmones eiceret, sed etiam mortuos revocaret ad vitam. Scripsit res gestas beati Petri, & ea maxime, quæ ab illo acta sunt contra Simõnem magum:

Sanctavit, ne qua mulier, nisi velato capite in Ecclesiã introiret. Huic Pontifici caput amputatum est ob constantiam Christianæ fidei, jussu Saturnini impii & ingrattissimi Consulãris, cujus filiam à dæmonum vexatione liberaverat. Sepultus est in Vaticano prope sepulchrum Principis Apostolorum, nono Kalendas Octobris. Sedit annos undecim, menses duos, dies viginti tres: creatis bis mense Decembri Episcopis quindecim, Presbyteris decem & octo.

R. Honestum fecit illum Dõminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. V. Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

De Expositione S. Ambrõsii Episcopi in Psalmum centesimum decimum octavum.

Lectio v.

Sermone 21.

Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidavit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injuste persecutionum tormenta sustineat: qui nihil rapuerit, nullum violentus opprèsserit, nullus sanguinem fuderit, nullus totum putaverit esse violandum: qui nihil legibus debeat, & graviora latronum sustinere cogatur supplicia: qui loquatur justè, & non audiatur: qui loquatur plena salutis, & impugnetur: ut possit dicere: Cum loquëbar illis, impugnant me gratis. Gratis igitur persecutiõnem patitur, qui impugnetur sine crimine: impugnetur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis: impugnetur quasi veneficus, qui in nomine Dõmini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

R.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dõmine, Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus corõnam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vij.

Verè frustra impugnetur, qui apud impios & infidos impietatis accessit, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnetur, fortis debet esse & constans. Quomodo ergo subtexit; Et à verbis tuis trepidavit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Time Dõminum omnes sancti ejus: & beatus vir, qui timet Dõminum. Qua ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis.

R. Stola jucunditatis induit eum Dõminus: Et corõnam pulchritudinis posuit super caput ejus. V. Cibavit illum Dõminus pane vite & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et corõnam. Gloria Patri. Et corõnam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Si quis venit ad me, de Communi unius Martyris. xxij.

Pro Sancta Theclæ Virgine & Martyre.

Lectio ix.

Theclæ virgo, ex illustribus parentibus Iconii nata, à Paulo Apostolo fidei præceptis instituta, miris Sanctorum Patrum laudibus celebratur. Quæ decimum octavum annum agens, Thamicide sponso relicto, cum eam par-

rentes, quod Christiana esset, accusassent, in ardente rogum, qui, nisi Christo renuntiaret, ei paratus erat, prius signo crucis armata seipsam injecit. Sed igne pluvia, quæ repente exorta est, extincto, Antiochiam venit: ubi feris obiecta, & tauris in diversa incitatis alligata, mox conjecta in fossam plenam serpentibus, ex omnibus Jesu Christi gratia liberatur. Cujus ardore fidei, & vite sanctitate multi ad Christum conversi sunt. Iterum in patriam rediens, in montem solo secëssit: deinde multis virtutibus & miraculis insignis, nonagenaria migravit ad Dõminum, ac Seleucia sepulta est.

Te Deum laudamus. 12.
Pro Commemoratione S. Theclæ, Aña. Simile est regnum cælorum homini negotiatori: querenti bonas margaritas: inventã una pretiosã, dedit omnia sua, & comparavit eam.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis, R. Propterea benedixit te Deus in ætërnũ.
Oratio. Da quæsumus, ut supplicem.

Vespere de sequenti cum Commemoratione Sancti Lini Papæ & Martyris.

DIE XXIV. SEPTEMBRIS.
In Festo beatissimæ Virginis Mariæ de Mercede.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex, cum reliquis Antiphonis & Psalmis, ut in Officio parvo, B. Mariæ xvij. Capitulum. Ab initio. Hymnus. Ave maris stella, xvij. V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refève flebiles, ora pro

ss

pro

pro pópulo, intérvēni pro clero, intércēde pro devoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum juvâmem, quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatē.

Oratio.

Deus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem ad liberândum Christi fideles à potestate Paganôrum novâ Ecclesiâ tuam prole amplificâre dignatus es: presta quesumus; ut quam piè venerâmur tanti operis Institutricem, ejus pariter méritis & intercessiōne à peccâtis omnibus, & captivitate demonis liberemur. Per eundem Dôminum nostrum.

Deinde fit Commemoratio Sancti Lini Papæ & Martyris, Antiphona. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **V.** Justus, ut palma florēbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos, ut supra. 641.

Ad Matutinum, Invitatorium, Sancta Maria Dei Génitrix Virgo, Intércēde pro nobis. Psalm. Venite, exultémus. i. Hymnus. Quem terra, Antiphonæ & Psalmi Nocturnorum, ut in Oficiò parvo beatæ Mariæ. cxix.

In primo Nocturno.

V. Spécie tua & pulchritudine tua. **R.** Intēde, prospere procéde, & regna.

De Parâbolis Salomônis.

Lectio j. Cap. 8. b & g. **E**go sapientiâ habito in consilio, & eruditus intēsum cogitationibus. Timor Dômini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bi-

lingue detestor. Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, & potētes decernunt justitiam. Ego diligētes me diligor: & qui manē vigilant ad me, inveniunt me.

R. Sancta & immaculata virginique, quibus te laudibus efferaus nescio: Quia quem cœli capere non poterant, tuo grémio contulisti. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem cœli.

Lectio ij.

Mecum sunt divitiæ, & glória, opes superbæ, & justitia. Mellior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & geminima mea argento electo. In viis justitiæ ambulor, in medio semitarum judicii, ut ditem diligētes me, & thesaurorum eorum repleam. Dôminus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eriperant: necdum montes gravi mole constiterant: antecolles ego parturiebar.

R. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dôminum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: Et de me visceribus genui Deum & hominem. **V.** Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et de meis.

Lectio iij.

Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidiè, & observat ad postes ostii mei.

mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Dômino: qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapiëntia edificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad moenia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. **R.** Beata es Virgo Maria, quæ Dôminum portasti Creatorem mundi: Genuisti qui te facit, & in æternum permanes virgo. **V.** Ave Maria, grâtiâ plena: Dôminus tecum. Genuisti. Glória Patri. Genuisti.

In secundo Nocturno.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovēbitur.

Lectio iv.

Quo tempore major felicitiorque Hispaniarum pars diro Saracēnorum opprimebatur jugo, innumericque fideles sub immani servitute maximo cum periculo Christianæ fidei abjurandæ, amittendæque salutis æternæ infelicitate detinebantur, beatissima cœlorum Regina tot tantisque benigniter occurrens malis, nimiam charitatem suam in iis redimendis ostendit. Nam Sancto Petro Nolâso, pietate, & õpibus florēti, qui sanctis vacans meditationibus jugiter animo recogitabat, quâ ratione tot Christianorum ærumnis sub Maurorum captivitate degentium succurrî posset: ipsamet beatissima Virgo serēnâ fronte se constantiendam dedit, & acceptissimum sibi, ac Unigenito suo Filio fore

dixit, si suum in honorem institueret Ordo religiosorum, & quibus cura incumberet captivos e turbarum tyrannide liberandi: quæ cœlesti visione vir Dei recreatus, mirum est, quo charitatis ardore flagrare coepit, hoc unum servans in corde suo, ut ipse, ac instituénda ab eo Religio maximam illam charitatem sedulo exerceret, ut quisque animam suam poneret pro amicis, & proximis suis. **R.** Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa, & de di suavitate odoris. **V.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

Lectio v.

EA ipsâ nocte eadem Virgo Sanctissima beato Raymundo de Peñafort, & Jacobo Aragóniæ regi apparuit, idipsum de Religiosis instituéndis admonens, suadēnsque ut opem pro constructione tanti operis ferrent. Petrus autem statim ad Raymundi pedes, qui ipsi erat à sacris confessionibus, advolans, ei rem omnem aperuit, quem etiam cœlestis instructum reperit, ejusque directiōnis se humillimè subiecit. At superveniens Jacobus rex, quam & ipse acceperat à beatissima Virgine revelatiōnem exequi statuit. Unde collatis inter se consiliis, & consentientibus animis in honorem ejusdem Virginis Matris Ordinem instituire aggressi sunt sub invocatiōne Sanctæ Mariæ de Mercēde Redemptiōnis Captivorum.

R. Quæest ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? **V.** Vidérunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, &

Illia convallium. Vidērunt. Glória Patri. Vidērunt.

Lectio vj.

Die igitur decimā Augusti anno Dōmini millesimo ducentesimo decimo octavo, Rex idem Jacobus eam Institutionem jam pridem ab iisdem sanctis viris conceptam exequi statuit, Sodālibus quarto voto adstrictis manēdi in pignus sub paganōrum potestate, si pro Christianōrum liberatione opus fuerit. Quibus Rex ipse arma sua régia in pectore deferre concessit, & à Gregório Nono illud tam præcellētis erga proximum charitatis Institutum & Religiónem confirmari curavit. Sed & ipse Deus per Virginem Matrem incrementum dedit, ut talis institutio celerius, ac feliciter totum per orbem divulgaretur, sanctisque viris florēret charitate, ac pietate insignibus, qui eleēmōsynas à Christi fidēlibus collectas, in pretium redemptionis suorum proximorum expēderent, seque ipsos interdum darent in redemptionem multorum. Ut autem tanti beneficii, & Institutionis debite Deo, & Virgini Matri referantur gratia, Sedes Apostolica hanc peculiarem festivitatem celebrari, & officium recitari indōlsit, cum alia ferē innumera eidem Ordini privilegia pariter contulisset.

R. Ornata monilibus filiam Jerusalem Dōminus concupivit. * Et vidētes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt, dicētes: * Unguentum effusum nomen tuum. **V.** Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et vidētes. Glória Patri. Unguentum effusum.

In tertio Nocturno Homilia venerabilis Beate Presbyteri in Evangelium Loquente Jesu ad turbas. **V. V.** & **R.** ut in Festo solemnitate

SS. Rosarii B. Mariæ, sed in vij. Responsorio loco Solemnitatem dicitur Festivitatem.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Dum esset Rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. **Psalm.** Dōminus regnavit, cum reliquis. 13. **Antiph.** Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. **Antiphona.** Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum. **Antiphona.** Jam hiems transit, imber abiit & recessit: surge amica mea, & veni. **Antiphona.** Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix.

Capitulum. *Eccli 24. b*

A B initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum seculum non desinam, & in habitatio sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum, Sublimis inter sidera, Qui te creavit, parvulum Lactente nutris ubere, Tu reddis almo germine: Intrent ut astra flebiles, Cœli recludis cardines. Tu regis alti janua, Et aula lucis fulgida: Vitam datam per Virginem Gentes redemptæ plaudite. Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spiritu In sempiterna secula. Amen. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætænum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beata es Maria, que credidisti: perficiētur in te que dicta sunt tibi à Dōmino, alleluia.

Ora.

Oratio.

Deus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem ad liberandos Christi fidēles à potestate Paganōrum novā Ecclesiam tuam prole amplificare dignatus es: præsta quæsumus; ut quam piè veneramur tanti operis institutricem, ejus pariter meritis & intercessione à peccatis omnibus, & captivitate dæmonis liberemur. Per eundem Dōminum nostrum.

Ad Primam in B. brevi dicitur V. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Lava ejus. **Capitulum.** Ab initio, ut supra.

R. breve. Specie tua * Et pulchritudine tua. Specie tua. **V.** Intēde, prospere procede, & regna. El pulchritudine. Glória Patri. Specie tua. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Nigra sum.

Capitulum. *Eccli 24. b*

ET sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

R. br. Adjuvabit eam * Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. **V.** Elegit eam Deus, & prælegit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Speciosa.

Capitulum. *Eccli 24. b*

IN platēis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. br. Elegit eam Deus, * Et prælegit eam. Elegit eam. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et prælegit. Glória Patri. Elegit eam. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætænum.

In ij. Vesperis, Añs. Dum esset Rex, cum reliquis de Laudib. 644. **Psalmi**, **Capitulum**, **Hymnus**, & **V.** ut in primis Vesperis. 642.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beatum me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

Oratio. Deus, qui per gloriosissimam, ut supra.

DIE XXVI. SEPTEMBRIS.

Sanctorum Cypriani & Justinae Martyrum.

Oratio.

Beatōrum Martyrum Cypriani & Justinae nos Dōmine fovēat continuata præsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvāri. Per Dōminum nostrum.

Lectio ij.

Cyprianus primum magus, postea Martyr, cum Justinam Christianam virginem, quam juvenis quidam ardēter amabat, cantionibus ac beneficiis ad ejus libidinis assensum allicere conaretur, dæmonem consuluit, quam id re consequi posset. Cui dæmon respondit, nullam illi artem processuram adversus eos, qui vere Christum colerent. Quo responso commotus Cyprianus, vehementer dolere cepit vitæ superioris institutum. Itaque relictis magicis artibus, se totum ad Christi Dōmini fidem convertit.

Lectio iij.

Quam ob causam nam cum virgine Justina comprehensus est, & ambo colaphis flagellisque

caesi sunt: mox in cárcerem conjécti, si forte senténtiam commutarent. Verùm indè póstea emissi, cùm in Christiána religiõne constantissimi reperiréntur, in sartáginem plenam fervéntis picis, ádipis, & cere injecti sunt. Demùm Nicomediæ securi ferriúntur. Quorum projecta córpora, cùm sex dies inhumata jacuissent, noctu quidam nauatè clam ea in navem impósita Romam portaverunt: ac primùm in prædio Rufinæ nóbilis fémine sepulta sunt: póstea translata in Urbem, in Basilica Constantiniána cõdita sunt prope baptistérium.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXVII. SEPTEMBERIS.

In Festo Sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani.

Semiduplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xxx. prætersequentia.

Oratio.

Pæsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui Sanctorum Martyrum tuorum Cosmæ & Damiani natalitia cõlumis, à cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiõnibus liberémur. Per Dõminum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Cosmas & Damianus, fratres Arabes, in Aegæa urbe nati, nobiles Medici, Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, non magis medicinæ sciéntiã, quàm Christi virtutè, morbis etiã insanabilibus medebántur. Quorum religiõnem cùm Lysias Præfectus cognovisset, adducit eos ad se jubet: ac de vivéndi instituto, & de fidei professione interrogatos, cùm se & Christianos esse, & Christiãnam fidem esse, ad salutem necessã-

riam, liberè prædicarent deos venerari imperat; & si id reciderent, minatur cruciatus, & necem acerbissimam.

R. Sancti tui Dõmine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis ut invenirentur illasi in aquis validis: * Terra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. * Quõniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

LECTIO V.

Verùm ut se frustra hæc illis proponere intèlligit: Colligatè, inquit, manus & pedes istòrum, eosque exquisitis torquet supplicis. Quibus jussa exequéntibus, nihilominus Cosmas & Damianus in senténtia persistebant. Quare ut erant vincti, in profundum mare jacitúntur: undè cum salvi ac soluti essent egressi, mágicis artibus Præfectus factum assignans, in cárcerem tradit, ac postridie eductos, in ardéntem rogum injici jubet: ubi cùm ab ipsis flamma refugeret, variè & crudeliter tortos securi percuti voluit. Itaque in Jesu Christi confessiõne martyrii palmam acceperunt.

R. Verbera carnificum non timédunt Sancti Dei, morientes pro Christi nómine: * Ut hæredes fierent in domo Dõmini. * Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Sermone 47. de Sanctis.

LECTIO VI.

Quotiescúmque, fratres charissimi, Sanctorum Martyrum solènnia celebrámus, ita, ipsis intercedéntibus, expectémus à Dõmino cõsequi temporália beneficia, ut ipsos Martyres imitando, accipere mereámur æterna. Ab ipsis enim Sanctorum Martyrum in virtutè-

tate festivitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum Martyrum exempla sequuntur. Solemnitates enim Martyrum, exhortationes sunt martyriorum: ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dõminus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: * Quõniam donum & pax est electis Dei. * Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fides in dilectione acquiescent illi. Quõniam donum. Glõria Patri. Quõniam donum.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Ambrosii Episcopi in Evangelium Descendens Jesus de monte, de Comuni plurimorum Martyrum. xl.

R. vij. Hæc est vera fraternitas, quæ numquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt Dõminum: * Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna cœlestia. * Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Contemnentes. Glõria Patri. Contemnentes.

Vesperæ à Capitulo de sequenti Commemoratio præcedentis.

DIE XXVIII. SEPTEMBERIS.

In Festo Sancti Wenceslai Ducis & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Comuni unius Martyris, xvij. præter ea, quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui beatum Wenceslaum per martyrii palmam à terrèno principatu ad cœlestem gloriã transtulisti: ejus precibus nos ab omni adversitate custodi, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dõminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Wenceslaus Bohemiæ Dux, Wratislao patre Christiano, Drahomira matre gentili natus, ab avia Ludmilla, fémina sanctissimã, piè educatus, omni virtutum genere insignis, summo studio virginitatem per omnem vitam servãvit illibãtam. Mater per nefariam Ludmilla: necem regni administrationem assecuta, impiè cum juniore filio Boleslao vivens, concitavit in se Procèrum indignationem: quare tyrannicè & impiè regiminis peræssi, utriusque excussio jugo, Wenceslaum in urbe Pragensi Regem salutarunt.

R. Honestum fecit illum Dõminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductõribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. * Descenditque cum illo in fossam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

LECTIO V.

Ille regnum pietate magis quam imperio regens, orphanis, viduis, egenis tantã charitate subvénit, ut propriis humeris aliquandò ligna indigentibus noctu comportãrit, pauperibus humanis frequenter adfuerit, captivos liberãrit, carcõribus detentos nocte in tempestã visitãrit, pecuniis & consilio sæpissime consolatus. Miti animo Princeps vehementer dolèbat, quæpiam, etsi reum, morti adjudicari. Summã religiõne Sacerdotes veneratus, suis manibus triticum serèbat, & vinum exprimebat, quibus in Missæ sacrificio uterentur: nocte nudis pedibus super nivem & glaciã circumibat Ecclesiãs, sanguinea & terram calefaciéntia post se relinquens vestigia.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine. * Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Angelos habuit sui corporis custodes: cum enim ad singulare certamen adversus Radislaum, Ducem Curimensem, eo fine accederet, ut suorum salutem prospiceret, visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse adversario, Ne ferias: perterritus hostis, venerabundus precidens, veniam exoravit. Cum in Germaniam profectus esset, Imperator, conspectus duobus Angelis, aurea cruce ad se accedentem ornantibus, è solio prostratus brachiis excepit, regis insignibus decoravit, eique Sancti Viti brachium donavit. Nihilominus impius frater, matre hortante, convivio exceptum, & postea in Ecclesia orantem, paratè sibi mortis præcium, adhibitis sceleris comitibus, interfecit. Sanguis per parietes aspersus, adhuc conspicitur: & Deo vindice, matrem inhumantem terra absorbit, interfectores variis modis miserè perierunt.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectu: & aqua sapientie salutatis potavit illum. Et coronam gloriæ Patri. Et coronam.

Intertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Si quis vult post me venire, et in Communi unius Martyris. xxvij. **Vespera de Sancto Michaeli Archangelo, sine Commemoratione Sancti Wenceslai.**

DIE XXIX. SEPTEMBRIS.

In Dedicatione Sancti Michaelis Archangeli.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Stetit Angelus, cum reliquis de Laudibus, 656. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 94. & lococulcini, Psalmus Laudate Dominum omnes Gentes. 97.

Capitulum.

Significavit Deus que oportet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit.

Hymnus.

Te splendor, & virtus Patris, Te vita, Jesu, cordium, Ab ore qui pendent tuo, Laudamus inter Angelos. Tibi mille densa millium Ducum corona militat: Sed explicat victor crucem Michael salutis signifer. Draconis hic dirum caput In ima pellit tartara, Ducemque cum rebellibus Cælesti ab arce fulminat. Contra ducem superbie Sequamur hunc nos principem, Ut detur ex Agni throno Nobis corona gloriæ. Patri, simulque Filio, Tibique sancte Spiritus Sicut fuit, sit jugiter Sacrum per omne gloriæ. Amen.

V. Stetit Angelus juxta aram templi. **R.** Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona. In dum sacrum mysterium cerneret Joannes, Archangelus Michael turbæ cecinit: Ignosce Domine Deus noster, qui aperis librum, & solvis signacula ejus, alleluia.

Ora-

Oratio.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominõque dispensas: concede propitius; ut à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nosra muniatur. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Archangelorum Dominum, Venite, adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1. **Hymnus.** Te splendor, ut supra.

In primo Nocturno, Antiphona. Concussum est mare, & contrémuit terra, ubi Archangelus Michael descendebat de cælo.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam vidèbo cælos tuos, & opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, que tu laudasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloriæ & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus, * oves & boves universas: in super & pécora oampi.

Vulneres cæli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. Concussum est mare, & contrémuit terra, ubi Archangelus Michael descendebat de cælo.

Antiphona. Laudemus Dominum, quem laudant Angeli, quem Cherubim & Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Psalmus 10.

In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intendunt arcum; paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam que perfecisti, destruxerunt: * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus intèrrogat justum & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Plenet super peccatores laqueos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: * æquitatem vidit vultus ejus.

Antiphona. Laudemus Dominum, quem laudant Angeli, quem Cherubim & Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Antiphona. Ascendit fumus aromaticum in conspectu Domini de manu Angeli.

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur iustitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu

pectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat próximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & mœnera super innocentem non accipit:

Qui facit hæc, * non movēbitur in ætérnum.

Antiphona. Ascendit fumus aromatum in conspectu Dómini de manu Angeli. **V.** Stetit Angelus juxta aram templi. **R.** Habens thuribulum aureum in manu sua. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Dómine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiōne perpétua.

Ex Danièle Propheeta.

Lectio. *Cap. 7. e.*

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus diurnum sedit: vestiméntum ejus candidum quasi nix, & capilli capitibus ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis: rotæ ejus ignis accensus. Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur à facie ejus. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: judicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus ejus, & triditum esset ad comburéndum igni.

R. Factum est silentium in caelo, dum committeret bellum draco cum Michaële Archangelo: * Audita est vox millia millium dicentium: Salus, honor, & virtus omnipotenti Deo. **V.** Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Audita est vox. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij. *Cap. 10.*

De autem vigesima & quarta mensis primi eram juxta fluvium magnum, qui est Tigris. Et

levavi oculos meos, & vidi: & ecce vir unus vestitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo: & corpus ejus quasi chrysolithus, & facies ejus velut species fulguris, & oculi ejus ut lampas ardens: & brachia ejus, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species aeris candentis: & vox sermonum ejus ut vox multitudinis. Vidi autem ego Daniël solus visionem: porro viri, qui erant mecum, non viderunt: sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium.

R. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensæ multa: * Et ascendit fumus aromatum de manu Angeli in conspectu Dómini. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nómini tuo Dómine. Et ascendit. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij. *cap. 11. e.*

Et audivi vocem sermonum ejus: & audiens facebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terra. Et ecce manus tetigit me, & exiit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniël vir desideriorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cùmque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens. Et ait ad me: Noli mettere Daniël: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligéndum tu te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos.

Prin-

Princeps autem regni Persarum res-titit mihi viginti & uno diebus: & ecce Michaël, unus de principibus primis, venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi juxta regem Persarum. Veni autem ut docerem te quæ ventura sunt populo tuo in novissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies.

R. In conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum, * Et confitebor nómini tuo Dómine. **V.** Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super nos nomen sanctum tuum. Et confitebor. Glória Patri. Et confitebor.

In secundo Nocturno, Antiphona. Michaël Archangele, veni in adiutorium populo Dei.

Psalmus 18.

Cæli enarrant glóriam Dei, * & ópera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies dii eructat verbum, * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad curréndam viam, * à summo caelo egressio ejus: Et occursum ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Dómini immaculata convertens animas: * testimónium Dómini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Dómini rectæ, latificant corda: * præceptum Dómini lucidum, illuminans oculos.

Timor Dómini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * judicía Dómi-

ni vera, justificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: * & dulcora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retribitio multa. Delicta quæ intelligit? ab oculis meis munda me: * & ab aliis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto máximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dómine adiutor meus, * & redemptor meus.

Antiphona. Michaël Archangele, veni in adiutorium populo Dei.

Antiphona. Michaël præpositus paradisi, quem honorificant Angelorum cives.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictiōnem à Dómino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dóminus fortis & potens: Dóminus potens in prælio.

At-

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ aternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dóminus virtutum ipse est rex gloriæ.

Antiphona. Michaël præpósitus paradisi, quem honorificant Angelórum cives.

Antiphona. Gloriosus apparuisti in conspéctu Dómini, propterea decorem induit te Dóminus.

Psalms 33.

Benedicam Dóminum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudabitur ánima mea: * audiant mansuèti, & lætètur.

Magnificæte Dóminum mecum: * & exaltémus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dóminum, & exaudivit me: * & ex ómnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini: * & facies vestræ non confundèntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudivit eum: * & de ómnibus tribulationibus ejus salvávit eum.

Immíttet angelus Dómini in circuitu timéntium eum: * & eripiet eos.

Gustáte, & vidéte quoniam savus est Dóminus: * beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti ejus: * quoniam non est inópia timéntibus eum.

Divites eguérunt & esuriérunt: * inquirentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Venite filii, audite me: * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * diligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo: * & líbia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Dómini super justos: * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super facientes mala: * ut perdat de terra memoriam eórum.

Clamaverunt justí, & Dóminus exaudivit eos: * & ex ómnibus tribulationibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribulato sunt corde: * & humiles spiritu salvábit.

Multæ tribulationes justórum: * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum: * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum pessima: * & qui odérunt justum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum: * & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Gloriosus apparuisti in conspéctu Dómini, propterea decorem induit te Dóminus. **V.** Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. **R.** De manu Angeli. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas.

V. Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Gregórii Papæ.

Ex Homilia 34. in Evang. antemedium.

Lectio IV.

Novem Angelórum órdenes dicimus, quia videlicet esse testánte sacro eloquio scimus; Angelus, Archángelos, Virtutes, Potestates, Principátus, Dominatiónes, Thronos, Chérubim, atque Séraphim. Esse namque Angelos & Archángelos penè omnes sacri eloquií páginæ testántur; Chérubim verò atque Séraphim sæpè, ut notum est, libri Prophetárum loquúntur. Quatuor quoque órdrinum nómina Paulus Apóstolus ad Ephésios enúmerat, dicens: Supra omnem Principátum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominatiónem. Qui rursus ad Colossenses scribens ait: Sive Throni, sive Potestates,

si-

sive Principátus, sive Dominatiónes. Dum ergo illis quatuor, quæ ad Ephésios dixit, conjungúntur Throni, quinque sunt órdenes: quibus dum Angeli, & Archángeli, Chérubim, atque Séraphim adjuncta sunt, proculdubio novem esse Angelórum órdenes inveniúntur.

R. Hic est Michaël Archángelus, princeps militiæ Angelórum: * Cujus honor præstat beneficia populórum, & oratio perdúcit ad regna cælórum. **V.** Archángelus Michaël præpósitus paradisi, quem honorificant Angelórum cives. **Cujus Benedictio.** Christus perpétuæ.

Lectio V.

Sciéndum verò, quod Angelórum vocabulum nomen est officii, non naturæ. Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus, semper quidem sunt spiritus, sed semper vocári Angeli nequáquam possunt: quia tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nuntiántur. Undè & per Psalmistam dicitur: Qui facit Angelos suos spiritus. Ac si patèter dicat: Qui eos, quos semper habet spiritus, etiám cum voluerit, Angelos facit. Hi autem qui minima nuntiánt, Angeli: qui verò summa annúntiant, Archángeli vocántur. Hinc est enim quòd ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, sed Gabriël Archángelus mittitur. Ad hoc quippè ministérium, summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum ómnium nuntiábat. Qui ideirò etiám privatis nominibus censètur, ut signètur per vocabula, etiám in operatióne quid valeant. Michaël namque, Quis ut Deus? Gabriël autem, Fortitudo Dei: Raphaël verò dicitur Medicina Dei.

R. Venit Michaël Archángelus cum multitudine Angelórum, cui tradidit Deus ánimas Sanctórum, * Ut perdúcat eas in paradysum exultatiónis. **V.** Emitte Dómine Spiritum sanctum tuum de cœlis, spiritum sapientiæ & intellectus. **Ur. Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio VI.

ET quóties miræ virtútis aliquid ágitur, Michaël mitti perhibètur: ut ex ipso actu & nómine detur intelligi, quia nullus potest facere, quod facere prævalet Deus. Undè & ille antiquus hostis, qui Deo esse per supèrbiam similis concupivit, dicens: In cælum conscéndam, super astra cœli exaltábo solum meum, similis ero Altissimo: dum in fine mundi in sua virtute reliquètur extrémò supplicio perimendus, cum Michaële Archangelo præliatúrus esse perhibètur, sicut per Joannem dicitur: Factum est prælium cum Michaële Archangelo. Ad Mariam quoque Gabriël mittitur, qui Dei Fortitudo nominátur. Illum quippè nuntiáre venièbat, qui ad debellandas aéreas potestates humilis apparère dignátus est. Raphaël quoque interpretátur, ut diximus, Medicina Dei: quia videlicet dum Tobíæ oculus quasi per officium curationis tégit, cecitatis ejus tenebras terisit.

R. In tempore illo consurget Michaël, qui stat pro filiis vestris: * Et veniet tempus, quale non fuit, ex quo Gentes esse cœperunt usque ad illud. **V.** In tempore illo salvábit populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro vitæ. **Et veniet.** Glória Patri. **Et veniet.** In tertio Nocturno, **Antiphona.** Angelus Archángelus Michaël, Dei nuntius pro animabus justis, alleluia, alleluia.

Psalms 95.

Cantáte Dómino canticum novum: * cantáte Dómino omnis terra. **Cantáte Dómino, & benedicite**

no-

nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dámonia: * Dóminus autem coelos fecit. Confessio, & pulchrúo in conspectu ejus: * sanctimónia, & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino patriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hostias, & intróte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur á facie ejus univérsa terra: * dicite in Géntibus quia Dóminus regnávít.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: * judicábit pópulos in aequitate.

Læténtur cœli, & exúlet terra, commovéatur mare, & plentitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárúm á facie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in aequitate, * & pópulos in veritate sua.

Antiphona. Angelus, Archángelus Michaël, Dei nántius pro animábus justis, alleluia.

Añá. Data sunt ei incénsa multa, ut adolérét ea ante altáre áureum, quod est ante óculos Dómini.

Psalmus 96.

Dóminus regnávít, exúlet terra: * læténtur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circúitu ejus, * justitia, & judicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * & in-

flammbát in circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt á facie Dómini: * á facie Dómini ómnis terra.

Annuntiavérunt cœli justitiam ejus: * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adoránt sculptília, * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion.

Et exultavérunt filia Judæ, * propter judicía tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: * custodit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætámini justí in Dómino: * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Añá. Data sunt ei incénsa multa, ut adolérét ea ante altáre áureum, quod est ante óculos Dómini.

Añá. Multa magnália de Michaële Archángelo, qui fortis in prælio fecit victóriam.

Psalmus 102.

Benedic ánima mea Dómino: * & ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Benedic ánima mea Dómino: * & noli oblivisci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis: * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de intéritu vitam tuam, * qui coronat te in misericórdia & miseratióibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: *

tuam: * renovábitur ut áquila juvenétus tua.

Faciens misericórdias Dóminus: * & judicium ómnibus injúriam patientiibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * filii Israël voluntátes suas.

Miserátor, & misericors Dóminus: * longánimis, & multam misericórdias.

Non in perpétuum irascétur: * neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quóniam secúndum altitudinem cœli á terra: * corrobórávit misericórdiam suam super tíméses se.

Quantum distat ortus ab occidentes: * longé fecit á nobis iniquitates nostras.

Quómmodo miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus tíméntibus se: * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo, sicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri sic efflórebit.

Quóniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: * & non cognóset amplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, * & usque in ætérnum super tíméntes eum.

Et justitia illius in filios filiórum: * his qui servant testaméntum ejus.

Et mèmores sunt mandatórum ipsius: * ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam: * & regnum ipsius ómnibus dominábitur.

Benedicite Dómino omnes Angeli ejus: * poténtes virtúte, faciéntes verbum illius, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedicite Dómino omnes virtútes ejus: * ministri ejus, qui facitis voluntátem ejus.

Benedicite Dómino ómnia ópera ejus: * in omni loco dominatiónis ejus, bédicite ánima me Dómino.

Añá. Multa magnália de Michaële Archángelo, qui fortis in prælio fecit victóriam. **V.** In conspectu Angelórum psallam tibi Deus meus.

R. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis.

V. Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secúndum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 18.

In illo tẽpore: Accessérunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlórum? Et relíquit.

Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

Lib. 3. *Comm. in cap. 18. Matth.*

Post inventum statèrem, post tributã reddita, quid sibi vult Apostolórúm repentina interrogatió, Quis, putas, major est in regno cœlórum? Quia viderant pro Petro & Dómino idem tributum reddítum, ex æqualitate pretii arbitrãti sunt Petrum ómnibus Apostólis esse prælátum, qui in redditióne tributí Dómino fúerat comparátus: ideo interrogant, quis major sit in regno cœlórum. Vidensque Jesus cogitatiónes eórum, & causas erróris intelligens, vult desiderium glóriæ, humilitatis contentiõne sanãre.

R. In conspectu Géntium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adoráte & tímète Dóminum: * Angelus enim ejus vobiscum est. **V.** Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum áureum in manu sua. Angelus enim. **Benedict.** Quorum festum cõlimus.

Lectio viij.

Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & prójice abas te. Necesse est quidem

dem

dem venire scândala: vae tamen ei est homini, qui, quod necesse est ut fiat in mundo, vitio suo facit ut per se fiat. Igitur omnis truncatur affectus, & universa propinquitas amputatur, ne per occasionem pietatis unusquisque credentium scândalis pateat. Si, inquit, ita est, quis tibi coniunctus, ut manus, pes, oculus, & est utilis atque sollicitus, & acutus ad perspicendum, scândalum autem tibi facit, & propter dissonantiam morum te pertrahit in gehennam: melius est, ut & propinquitatem eius, & emolumentis carnalibus careas: ne dum vis lucrifacere cognatos & necessarios, causam habeas ruinarum.

B. Michaël Archangelus venit in adiutorium populo Dei. **C.** Stetit in auxilium pro animabus iustis. **V.** Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Stetit. Glória Patri. Stetit. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Dico vobis quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei. Supra dixerat, per manum & pedem & oculus omnes propinquitates & necessitudines, quae scândalum facere poterant, amputandas: austeritatem itaque sententiae, subiecto praecipito temperat, dicens: Videte ne contentatis unum ex pusillis istis. Sic, inquit, praecipio severitatem, ut commisseri clementiam doceam: quia Angeli eorum in caelis vident semper faciem Patris. Magna dignitas animarum, ut unaquaque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Unde legimus in Apocalypsi Joannis: Angelo Ephesi, & reliquarum Ecclesiarum, scribe haec. Apostolus quoque praecipit velari capita in

Ecclesiis feminarum propter Angelos.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 12. **Antiphona.** Dum praelaretur Michaël Archangelus cum dracōne, audita est vox dicentium: Salus Deo nostro, alleluia. **Antiphona.** Archangele Michaël, constitui te principem super omnes animas suscipiendas. **Antiphona.** Angeli Domini Dominum benedicite in aeternum. **Antiphona.** Angeli, Archangeli, Throni, & Dominaciones, Principatus, & Potestates, Virtutes caelorum, laudate Dominum de caelis, alleluia.

Capitulum.

Apoc. 1.

Significavit Deus quae oportet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi, quaecumque vidit.

Hymnus.

Christe, sanctorum decus Angelorum,
Gentis humanae Sator & Redemptor,
Coelum nobis tribuas beatas
Scandere sedes.
Angelus pacis Michaël in aedes
Coelitus nostras veniat, serena,
Auctor ut pacis lacrymosa in
ocum
Bella releget.
Angelus fortis Gabriel, ut hostes
Pellat antiquos, & amica celo,
Quae triumphator statuit per orbem,

Templa revisat.

Angelus nostrae medicus salutis
Adsit e caelo Raphael, ut omnes

Sa-

Sanet ægrotos, dubiosque vitæ
Dirigat actus.

Virgo dux pacis, Genitrixque lucis,
Et sacer nobis chorus Angelorum
Semper assistat, simul & micantis
Regia caeli.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spiritus, cujus resonat per omnem
Glória mundum. Amen.

V. Stetit Angelus iuxta aram templi.

B. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.

Factum est silentium in caelo, dum draco committeret bellum: & Michaël pugnavit cum eo, & fecit victoriam, alleluia.

Oratio.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius; ut à quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniat. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Dum praelaretur. Capitulum. Significavit Deus, ut supra.

R. br. Stetit Angelus. **V.** Juxta aram templi. Stetit. **V.** Habens thuribulum aureum in manu sua. Juxta. Glória Patri. Stetit. **V.** Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini. **R.** De manu Angeli.

Ad Sextam, Antiphona.

Archangele Michaël.

Capitulum.

Apoc. 5. c

Audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium voce magna dicentium: Salus Deo nostro.

V. br. breve. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini. Ascendit.

V. De manu Angeli. In conspectu.

Part. Festiva.

Glória Patri. Ascendit. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. **B.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Angeli, Archangeli.

Capitulum.

Apoc. 12. b

Factum est praelium magnum in caelo: Michaël, & Angeli ejus praelabatur cum dracōne, & draco pugnabat, & angeli ejus: & non prevaluerunt, neque locus inventus est eorum amplius in caelo.

B. breve. In conspectu Angelorum

Psallam tibi Deus meus. In conspectu. **V.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Psallam. Glória Patri. In conspectu. **V.** Adorate Deum.

B. Omnes Angeli ejus.

In secundis Vesperis, Antiphona.

Stetit Angelus, cum reliquis Laudibus. 6. 6. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. 94. & loco ultimi, **Psalmus.** Confitebor tibi Domine. 111. **Capitulum.** Significavit Deus. **Hymnus.** Te splendor, ut supra in primis Vesperis. 648.

V. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. **B.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. **Ad Magnificat, Antiphona.**

Princeps gloriosissime, Michaël Archangele, esto memor nostri: hic, & ubique, semper precare pro nobis Filium Dei, alleluia, alleluia.

Oratio.

Deus, qui miro ordine Angelorum, ut supra.

Deinde fit Commemoratio Sancti Hieronymi, ut infra.

DIE XXX. SEPTEMBRIS.
In Festo Sancti Hieronymi Presbyteri, Confessoris, & Ecclesiae Doctoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris

Tt non

non Pontif. xlv. præter sequenti
Ad Magnificat, in usque Ves-
peris, Ana. O Doctor optime, Ec-
clesiæ sanctæ lumen, beate Hiero-
nyme, divinæ legis amator, depre-
care pro nobis Filium Dei. Amâ-
vit eum Dominus, & ornâvit eum.
R. Stulam gloriæ induit eum.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiæ tuæ in ex-
ponendis sacris Scripturis
beatum Hieronymum Confessorem
tuum, Doctorem maximum pro-
videre dignatus es: presta quesu-
mus; ut ejus suffragantibus meritis,
quod ore simul & opere docuit, te
adiuvante exercere valeamus. Per
Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de
libro Ecclesiastici. Sapiëntiam om-
nium antiquorum, ut in Communi
Docturum. Iij.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Hieronimus, Eusebii filius,
Stridone in Dalmatia Cons-
tanti Imperatore natus, Romæ
adollescens est baptizatus, & in li-
beralibus disciplinis à Donato &
aliis viris doctissimis eruditus. Tum
discendi studio Galliam peragrâ-
vit: ubi pios aliquot, & in di-
vinis litteris eruditos viros coluit,
multosque sacros libros suâ manu
descripsit. Mox se in Græciam con-
ferens, Philosophiâ & eloquentiâ
instructus, summorum Theologô-
rum consuetudine floruit: in pri-
mis verò Gregorio Nazianzeno
Constantinopoli operam dedit: quo
doctore se sacras litteras didicisse
proficitur. Tum religionis causâ
visit Christi Domini incunabula,
totamque lustravit Palestinam:
quam peregrinationem, adhibitis
Hebræorum eruditissimis, ad sac-
re Scripturæ intelligentiam sibi
multum profuisse testatur.

R. Honestum fecit illum Domi-
nus, & custodivit eum ab inimicis,
& à seductoribus tutavit illum:
* Et dedit illi claritatem æternam.
V. Justum deduxit Dominus per
vias rectas, & ostendit illi regnum
Dei. Et dedit.

Lectio v.

Deinde recessit in vastam Sy-
rie solitudinem: ubi qua-
drîennium in lectione divinorum li-
brorum, celestisque beatitudinis
contemplatione consumpsit, assi-
duâ se abstinentiâ, vi lacrymarum,
& corporis afflictatione discrociens.
Præbyter à Paulino Episcopo An-
tiochiæ factus, Romæ de contro-
versis quorundam Episcoporum
cum Paulino & Epiphânio ad Dâ-
masum Pontificem profectus, ejus
Ecclesiasticis epistolis scribendis
adjutor fuit. Verum cum pristina
solitudinis desiderio teneretur, in
Palestinam reversus, Bethlehem
ad Christi Domini Præsepe in Mo-
nasterio, quod à Paula Româna
extructum erat, coelstem quam-
dam vitæ rationem instituit: &
quamquam variè morbis doloribus-
que tentaretur, tamen discipulis in-
commoda piis laboribus, & perpê-
tuâ lectione ac scriptiõne superâ-
bat.

R. Amâvit eum Dominus, & ornâ-
vit eum: stulam gloriæ induit eum,
* Et ad portas paradisi coronavit
eum. V. Induit eum Dominus lorî-
cam fidei, & ornâvit eum. Et
ad portas.

Lectio vj.

Tamquam ad oraculum ex om-
nibus orbis terræ partibus ad
ipsum divinæ Scripturæ questiones
explicandæ referebantur. Illum Dâ-
masus Pontifex, illum Sanctus Au-
gustinus de locis Scripturæ difficil-
limis sæpè consuluit, propter ejus
singularem doctrinam, & lingue
non

non solum Latine & Græcæ, sed
Hebræicæ etiâ & Chaldæicæ in-
telligentiam: & quod omnes penè
scriptores, ejusdem Augustini tes-
timonio, légerat. Hæreticos acerrî-
mis scriptis exagitavit; piõrum &
catholicõrum patrocinium semper
suscepit. Vetus testamentum ex He-
bræo convertit: novum jussu Dâ-
masi Græcæ fidei reddidit, magnâ
etiâ ex parte explicavit. Multa
præterea Latine reddidit scripta
doctõrum virõrum: & ipse aliis
proprii ingeniî monumentis Chris-
tianam disciplinam illustravit. Qui
ad summam senectutem perveniens,
sanctitate & doctrinâ illustris, Ho-
noriõ Imperatore migravit in cæ-
lum. Cujus corpus ad Bethlehem
sepultum, postea Romam in Basilî-
cam Sanctæ Mariæ ad Præsepe trans-
latum est.

R. Iste homo perfecit omnia quæ
locutus est ei Deus, & dixit ad eum:
Ingrédere in requiem meam: * Quia
te vidi justum coram me ex omnibus
gentibus. V. Iste est qui contempsit
vitam mundi, & pervenit ad cœlestia
regna. Quia te vidi. Gloria Patri.
Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5. b

In illo tempore: Dixit Jesus disci-
pulis suis: Vos estis sal terræ.
Quod si sal evanuerit, in quo sa-
lietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi
Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 5. Matth.

Sal appellatur Apóstoli & Doc-
tores: quia per illos univér-
sum hominum conditur genus. Quod
si sal evanuerit, in quo salietur?
Si Doctor erraverit, à quo alio
Doctore emendabitur? Ad nihilum
valet ultra, nisi ut mittatur fo-

ras, & conculetur ab hominibus.
Exemplum de agricultura sumptum
est. Sal etenim sicut in ciborum
condimentum, & ad siccandas car-
nes necessarium est, ita alium usum
non habet. Certè légitimus in scrip-
turis, urbes quasdam irâ victõrum
sale seminatas, ut nullum in ipsis
germen oriretur.

V. Iste est qui ante Deum magnas
virtutes operatus est, & de omni
corde suo laudavit Dominum: Ip-
se intercedat pro peccatis omnium
populõrum. V. Ecce homo sine que-
rela, verus Dei cultor abstinens se
ab omni opere malo, & permanens in
innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

Caveat ergo Doctores & Epis-
copi, & videant potentes po-
tenter tormenta sustinere, nihilque
esse remediî, sed majõrum ruinam
ad tartarum ducere. Vos estis lux
mundi. Non potest civitas abscondi
supra montem posita: neque accen-
dunt lucernam, & ponunt eam sub
mõdio, sed super candelabrum, ut
lúceat omnibus, qui in domo sunt.
Docet fiduciam prædicandi, ne
Apóstoli abscondantur ob metum,
& sint similes lucernæ sub mõdio;
sed totâ libertate se prodant, ut
quod audierunt in cubiculis, præ-
dicent in teccis.

R. In medio Ecclesiæ aperuit os
ejus, * Et implevit eum Domi-
nus spiritu sapientiæ & intellectus.
V. Jucunditatem & exultationem
thesaurizavit super eum. Et imple-
vit. Gloria Patri. Et implevit.

Lectio ix.

Nolite putare, quoniam veni
solvere legem, aut Prophetas:
non veni solvere, sed adimplere.
Sive quod de se per alios propheta-
ta compleverit: sive quod ea, quæ
ante propter infirmitatem audien-
tium rudia & imperfecta fuerant,

suâ prædicatione complerit, iram tollens, & vicem talionis excludens, & occultam in mente concupiscentiam dampnans. Donec transeat cœlum & terra. Promittuntur nobiscœli novi, & terra nova, quæ facturus est Dominus Deus. Si ergo nova creanda sunt, consequenter vetera transiunt.

Te Deum laudamus. 12.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Sancti Remigii, quæ habetur in ejus Festo post finem sequentis Officii solemnitatis SS. Rosarii, die prima Octobris. 663.

FESTA OCTOBRIŒ.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. cxxij.

DOMINICA

Prima Octobris, quæ incidit in Kalendas illius mensis vel proximæ sequitur, fit

OFFICIUM

Solemnitatis SS. Rosarii B. Mariæ Virginis. Duplex.

AD VESPERAS.

Antiphona. Dum esset rex, cum reliquis Antiphonis & Psalmis, ut in Officio parvo B. Mariæ. cxvj.

Capitulum. Ab initio, Hymnus. Ave maris stella. cxvij. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sancta Mariæ succurre miseris, juva pusillanimes, refove fœbiles, ora pro pœpulo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuam juvamentum, quicumque celebrant tuam sanctam Solemnitatem. Oratio.

Deus, cujus Unigenitus, per vitam, mortem, & resurrectionem suam, nobis salutis æternæ præmia comparavit: concede quaesumus; ut hæc mysteria sanc-

tissimo beate Mariæ Virginis Rosario recolentes, & imitemur, quod continent, & quod promittunt, assequamur. Per eundem Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.

Ad Matutinum, Invitorium.

Sancta Mariæ Dei Genitricis Virgo, Intercede pro nobis, Psalm. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Quem terra, Antiphona & Psalmi Nocturnorum, ut in Officio parvo beate Mariæ. cxix.

In primo Nocturno, leguntur Lectiones, y. & B. ut in Festo S. Mariæ ad Nives v. Augusti.

In secundo Nocturno.

y. Adjuvabit eam Deus vultu suo. B. Deus in medio ejus, non commovebitur.

LECTIO iv.

Cum Albigensium hæresis per Tolosatum regionem impiè grassaretur, atque altius in dies radices ægeret, Sanctus Dominicus, qui nuper Prædicatorum Ordinis fundamenta jecerat, ad eam convellendam totus incubuit. Id ut præstaret validius, auxilium beate Virginis, cujus dignitas illis erroribus impudentissime impetebatur; cuique datum est cunctas hæreses interimere in universo mundo, enixis precibus imploravit: à qua, ut memoriæ proditum est, cum monitus esset, ut Rosarium pœpulis prædicaret, velut singulari adversus hæreses ac vitia præsidium: mirum est, quanto mentis fervore, & quam felici successu injunctum sibi munus sit executus. Est autem Rosarium certa precandi formula, qua quindecim Angelicarum Salutationum decades, oratione Dominicâ interjectâ, distinguimus, & ad earum singulas totidem nostræ reparatiõnis Mystéria

ria piâ meditatione recolimus. Ex eo ergo tempore plus hic orandi modus mirabiliter per Sanctum Dominicum promulgari, augerique cœpit; quem ejusdem Institutorem, Auctoremque fuisse Summi Pontificis, Apostolicis litteris, passim affirmarunt.

y. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypræsus in monte Sion: quasi myrrha electa, Dedi suavitatem odoris. y. Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

LECTIO v.

Innumerabiles porrò fructus ex hac tam salutari institutione in Christianam Rempublicam dimanarunt; inter quos victoriâ illa merito numeratur, quam Sanctissimus Pontifex Pius Quintus, & ab eo inflammati Christiani Principes apud Echinadas insulas de Turcârum tyranno potentissimo reportarunt. Nam, cum illâ ipsâ die ea victoriâ relata sit, qua die sanctissimi Rosarii sodalitates per universum orbem consuetas supplicationes peragerent, statutasque preces de more funderent, iis precibus haud immerito referunt accepta. Quod quidem, cum etiam Gregorius Tertius decimus testatus esset, ut pro tam singulari beneficio beate Virginis sui appellatione Rosarii perennes gratiæ ubique terrarum haberentur; in Ecclesiis omnibus, in quibus aliarum Rosarii foret, primâ quaque Octobris, Dominicâ Officium ritu Duplici majori perpetuo celebrandum indixit: alique Pontifices Rosarium recitantibus, ejusdemque Rosarii Sodalitatibus Indulgentias penè innumeras concessere.

y. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? Vidērunt eam filie Sion, & beatam dixerunt, & reginæ lau-

daverunt eam. y. Et sicut dies veteri circumdabant eam flores rosarum & lilia convallium. Vidērunt.

LECTIO vj.

Nuper verò Clemens Undecimus animo reputans insignem pariter victoriâ anno millesimo septingentesimo decimosexto in Hungaria Regno à Carolo Sexto, in Imperatorem Romanorum electo, de innumeris Turcârum copiis relatum, eo die contigisse, quo Festum Dedicatiõnis Sanctæ Mariæ ad Nives celebraretur, atque eodem ferme tempore, quo sanctissimi Rosarii Contrates publicam, solemnemque supplicationem in alma Urbe ingenti pœpulo concursum, magnaque religione peragerent, fervere ad Deum preces pro Turcârum depressione funderent, ac potentem opem Desiparæ Virginis in auxilium Christianorûm humiliter implorarent: eam ob rem, victoriâ illam, necnon liberatam paulò post eorundem Turcârum obsidiõnem Corcyrensem insulam ejusdem beate Virginis patrocinio piè censuit adscribendam. Quàmobrem ut hujus quoque tam insignis beneficii perennis semper, & memoriâ extaret & gratia, sanctissimi Rosarii Festum eadem die, eodemque ritu celebrandum, ad Ecclesiam universam extendit. Hæc autem omnia Benedictus Decimus Tertius in Breviario Romano novissime apponi jussit. Sanctissimum ergo Dei Genitricem cultu hoc eodem gratissimo jugiter veneremur, ut quæ toties Christi fidelibus Rosarii precibus exorata, terrenos hostes profligare dedit ac perdere, infernos pariter superare concedat.

y. Ornatum monilibus filiam Jerusalem Dominum concupivit: Et videntes eam filie Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes: